


A **DIVI AVRE**LII AVGVSTINI HIP-
PONENTIS EPISCO-
pi, de fide & operibus Liber.Contra
eos q oēs
ad bap-
tismi citra
discrimē
admitte-
bāt. Ca. I.

QUIBVS DAM vide-
tur indiscrete omnes admit-
tendos esse ad lauacrum res-
generationis, quæ est in Chri-
sto Iesu domino nostro, etiã
si malam turpemq; vitam fa-
cinoribus & flagitijs eiden-
tissimis notã mutare nolue-
rint, atque in ea se persevera-
turos aperta etiã cõfessio-

ne declarauerint. Verbi gratia, si quisque meretrici
adhæret, non ei prius præcipiatur vt ab ea discedat
& tunc veniat ad baptismum, sed etiã cum ea ma-
nens mansurusq; confidens admittatur & baptize-
tur, nec impediatur fieri membrum Christi, etiã si
membrum meretricis esse perferit, sed postea dos-
ceatur quã sit hoc malum, iamque baptizatus de-
mutandis in melius moribus instruat. Peruersum
enim putant atque præposterum prius docere quem
admodum debeat viuere Christianus, & deinde bap-
tizari. Sed censent præcedere debere baptismi sac-
ramentum, vt deinde sequatur vitæ morumq; do-
ctrina, quam si tenere & custodire voluerit, vtiliter fe-
cerit. Si autem noluerit, & retenta fide Christiana,
sine qua in æternũ periret, in quolibet scelere immu-
ditiãq; permanserit, saluum eum futurum tanquam
per ignem, velut qui ædificauerit super fundamen-
tum quod est Christus, non aurum, argẽtum, lapides
preciosos, sed ligna, scenum, stipulam, id est, non ius-
tos castosq; mores, sed iniquos & impudicos. Ad hæc
autem videntur disputatione impulsis, quod eos mo-
uerit non admitti ad baptismum illos qui dimis-
is vxoribus alias duxerint, vel feminas quæ dimissis
viris alijs nuperint: quia hæc non coniugia, sed adul-
tera esse dominus Christus sine vlla dubitatione tes-
tatur. Cum enim negare nõ possent esse adulterum,
quod veritas adulterum esse sine ambage cõfirmat,
eis suffragari vellent ad accipiendum baptismum,
quos huiusmodi laqueo ita captos viderint, vt si non
admitterentur ad baptismum, sine vilo sacramento
maligne viuere vel etiã mori, quã dirupto adul-
terij vinculo liberari: humana quadam miseratione
commoti sunt ad eorum causam sic accipiendam, vt
omnes cum eis facinorosos & flagitiosos etiã nulla
prohibitione correptos, nulla instructione correctos,
nulla pœnitentia mutatos ad baptismum admitten-
dos esse censeret: existimantes eos nisi fieret, in æter-
num perituros, Si autem fieret, etiã in illis ma-
lis perseverantes saluos per ignem futuros.

De corri-
gedis ma-
lis Chris-
tianijs.
Cap. II.

Num. 25.

Quibus respondens hoc primum dico, ne quis
ea testimonia scripturarum que commixtionem bo-
norum & malorum in Ecclesia vel præsentem indi-
cant, vel futuram prænuñtiant, sic accipiat, vt disci-
plinæ seueritatem sine diligentiam soluendam om-
nino atque amittendam, non illis edoctus literis, sed
sua opinione deceptus existimet. Neq; enim quia
illam primi populi commixtionem Moyses dei fa-
milus patientissime perferrebat, ideo non in multos
etiã gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adul-
teros simul inuentos ferro vltore confixit. Quod vti-
que degradationibus & excommunicationibus signifi-
catum est esse faciendũ in hoc tempore, cum in Ec-
clesiæ disciplina visibilis fuerat gladius celsaturus.
Nec quia beatus Apostolus inter falsos fratres tole-
rantissime congemiscit, quosdam etiã diabolicis

inuidentiæ stimulis agitados, Christum tamen præ-
dicare permittit: ideo parcendum censet illi qui
vxorem patris sui habuit, quem præcepit congre-
gata Ecclesia tradere Satanæ in intentum carnis,
vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Chri-
sti. Aut ideo ipse alios tradidit Satanæ, vt discerent
non blasphemare: aut frustra dicit, Scripsi vobis in
Epistola non commiseri fornicarijs: non vtique for-
nicarijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut
idolis seruentibus, alioquin debueratis de hoc mun-
do exire. nunc autem scripsi vobis non commiseri, si
quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ser-
uiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriofus, aut
rapax: cum huiusmodi nec cibum quidem simul sua-
mere. Quo enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare?
Nõne de ijs qui intus sunt vos iudicatis? De his
autem qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum
ex vobis ipsis. Vbi quidam quod dictum est, Ex vobis
ipsis, ita intelligunt vt ex seipso vnusquisque aufe-
rat malum, hoc est, vt ipse sit bonus. Sed quomodo
libet intelligatur, siue vt seueritate Ecclesiæ mali
excommunicationibus corripiantur, siue vt se quis
que corripiendo & corrigendo à seipso auferat ma-
lum: illud tamen quod supradictum est, non habet
ambiguitatem, vbi præcepit non commiseri eis fra-
tribus qui in aliquo supradicto vitio nominantur, id
est, noti famosiq; sunt. Quo autem animo
& qua charitate misericors ista seueritas adhibenda
sit, non solum eo loco vbi ait, vt spiritus saluus sit in
die domini nostri Iesu Christi: sed alibi quoq; viden-
ter ostendit dicens, Si quis non obaudit verbo nos-
tro, per Epistolam hunc notate, & nolite commisce-
ri cum eo, vt erubescat, & non vt inimicum eum exi-
stimetis, sed corripite vt fratrem. Et ipse dominus
exemplum singulare patientiæ, qua etiã in duode-
cim Apostolis vsque ad passionem diabolum pertu-
lit: & qui ait, Sinite vtraq; crescere vsque ad messem,
ne forte cum vultis colligere zizania, simul eradica-
tis & triticum: retiaq; illa in similitudine Ecclesiæ
vsque ad litus, hoc est, vsque ad seculi finem, bonos
& malos pisces habitura prædixit: & cetera si qua de
permixtione bonorum & malorum siue aperte siue
per similitudines locutus est: non ideo tamen omite-
ndam censet Ecclesiæ disciplinam: immo vero ad-
monuit adhibendam, quando ait, Attendite vobis,
Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum
inter te & ipsum solum. Si audierit te, lucratus es fra-
trem tuum. Si autem non audierit te, assume tecum
vnum vel duos, vt in ore testium duorum vel trium stet
omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.
Si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam
Ethnicus & Publicanus. Deinde ipsius seueritatis
terrorem grauissimum a dicit, etiã eo loco dicens,
Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in celo. Quæ
ligaueritis in terra, ligata erunt in celo. Prohibet
etiã sanctum dari canibus. Nec cõtrarius est Apo-
stolus domino quia dicit, Peccantes coram omni-
bus argue, vt cæteri timorem habeant: cum ille dicat,
Corripe eum inter te & ipsum. Vtrumq; enim facien-
dum est, sicut & infirmitatis diuersitas admonet, eor-
um quos vtiq; non perdenos, sed corrigēdos curan-
dosq; suscepimus, & alius sic alius autem sic sanandus
est: ita etiã est ratio dissimulandi & tolerandi ma-
los in Ecclesia: & est rursus ratio castigandi & corri-
piendi, non admittendi vel à cõmunionem renouēdi.

Errant autem homines non seruantes modum, De pperã
& cum in vnã partem p̄liuiter ire cõeperint, non intelligē-
respiciunt diuinæ autoritatis alia testimonia, que
tibus scri-
pturam.
Ca. IIII.

sed etiã in alijs multis. Nam quidam inuentes de
b v uinarum